

2) Die besagte Translation der Reliquien der Hl. Christina aber sollte dann am 31. August 1727 in die Kirche St. Oswald! in Zug erfolgen, s. ebenda etwa AH 48/92.

147/31-32

3) Die lat. Passage ist unterstrichen.

AH 147, 52 und 59 - Blatt 59^v leer

147/32

[1710?]¹

A

SCHREIBEN VON [BEAT] KARL ANTON MÜLLER, "S[ANCTAE] TH[EOLOGIAE] ST[UDIOSUS]", AN [ALT] AMMANN [UND DERZEITIGEN ZUGER STADT- UND AMTSRAT], DEN ST. LUDWIGSRITTER BEAT JAKOB II. ZURLAUBEN, FREIHERR VON THURN UND GESTELLENBURG, ZUG

"Acu rem, ut ita dicam, acu rem tetigisti, benè existimas id, quod existimas, praevenisti me dicentem, dum cogitantem intelligis; eadem enim ex causâ et tu praesentes scribere me putas, et ego te putare judico, ut similes penè in hoc sint cogitationes nostrae, cùm tuae illam, quam in me agnoscis, et meae illam, quam erga te profiteor, servitutem respiciant, hoc solo dispares, quod meae ad te ut Dominum, tuae ad me ut servum referantur.

Repeto igitur iterùmque repeto, benè existimas id, quod existimas: ut legas plura de me, non ut intelligas plura, facere possum. Quid enim, si candidè fateri lubet, quid eorum, quae servili in animo altaque in mente repostata diu et revolvi et etiam num revolvo, latere te possit? num quonam ex titulo scribam? Mea, dicis, beneficia debitum, sua obligatio imperium, Sanguinis demum coniunctio scribendi animum Fecere: num quonam ex animo? Nepotem, ais, agnosco, cuius est, affectus exponere, servum, cuius est obsequia deferre, debitorem, cuius est animum obaerare: num cur hoc tempore? Gratulatur, inquires, quod infelici, qui retroactus est, anno Felicem Finem, Faustumque novo principium fecerim. Nunquid haec ipsissima sunt, quae de me, dum chartam hanc in manus accepisti concipiebas, et etiam num concipis? benè igitur, iterum dici, benè de me existimas, nec est, cur alijs invidiam, Cùm meliùs mihi muto licet silentio Cor meum, quam alijs loquaci ac fortè bilingui adulatione vota sua exponere ad aures tuas, contigerit. Servum me et servum quidem animo sincerum ac voluntare promptum me pridem iam cognovisti, quidnî et, quae Servum decent, opera Facturum me esse immò et iam Fecisse, autumare poteris? Non habeo, quae dicam, plura, unum hoc, ut existimes, volo, sicut existimas, hoc unicum tamen exceperis. Annum apprecari me tibi putas, et divinâsti, eúmque omni felicitate plenum, et (liceat tuâ

veniâ dicere) errâsti. Jllis bonos precari annos Convenit, qui malos timent: inane est votum, sanis valetudinem, prosperitatem Fortunatis 147/32-33

cupere. At ut diuturna, inquis, tua sit Felicitatis, precandum est. Vide, ne iterum erres. Non soli lucem, si luce indiges, sed solem tibi praesentem desideras: ita et nos non tibi Felicitatem, sed te superstitem diu nobis optamus, haud ignari, quod sicuti solem radij sic te fortuna non precibus inducta nec votis aversita sequatur. Ipsemet est sol lucis artifex, ipsemet es tu Felicitatis tuae Faber. Stupes forté tam alienum apprecandi modum? alienus esse debuit, qui tibi proprius sit, cui proprium est, cùm suae superaddere nil possit Felicitati, alienam promovere.

Jgnosces igitur, si nobis magis quâm tibi propitia sint vota meae; haec enim Virtutis tuae gloria, hoc Felicitatis tuae meritum est, non ut benè vivas, precari, sed ut vivas diu; te enim benè vivere, tuae diu vivere, nostrae Felicitatis est: hoc, nisi Vivas, incerta est, illa, si Vivas, certa. Repeto itâque, ut diu vivas, voveo, non ut benè vivas; ipsum enim Vivere in te est, et Reipublicae benè vivere. Jllud precor, hoc auguror, Jllmae Dnis Tuae Servus Additissimus ...

P.S. Jllmo Dno Dno Fratri, sr. Dno Archigramateo [**Fidel** Zurlauben], Jllmae Dominae Consorti Vestra [**Maria Barbara** Zurlauben], ac Filijs² nec non et Filiabus² omnia mea obsequia offero, et pro[p]ter salutem plurimam annum omni prosperitate temporali et Benedictione Coelesti plenum aprecor."

- 1) Zur Datierung: Müller wurde bereits 1706 zum Priester geweiht. Es ist aber durchaus möglich, dass er auch noch danach theologischen Studien oblag. Vorliegendes Schreiben kann hinwiederum nicht vor 1710 entstanden sein, da Beat Jakob II. erst in diesem Jahr St. Ludwigsritter wurde.
- 2) Deren Namen s. Meier/Zurlaubiana "Stammtafel" 867 unter 9.3.

Original, mit Siegel - AH 147, 53-54

147/33

[1627?]

A

SCHREIBEN [VON EINEM UNBEKANNTEN BREMGARTER? AN DEN LANDSCHREIBER DER FREIEN ÄMTER?, BEAT II. ZURLAUBEN]

"das Jenige was Nüchken Jst beschehen hab ich Nit us Mir selbst dan sunnder der her Schultheis und [alt] spital her [=Spitalmeister von Bremgarten, Johann] buocher [=Bucher].
Was eüwer brieff betreffent Mus ich Nit wüsen es ist mir allein Nix daran gelägen, Was da Jst gfürt worden, es sej esige spis oder schi-